a bono Praeceptore franguntur: Sunt sunt Scholae in quib.
[illegible]dines et vitia extinguuntur, in quib. instrumenta Erudi"
tionis et virtutum comparantur: In foro deinde consecrã"
[illegible]am Tibi Serenifs. humillimo vobo animo Rutam ut expellã"
[illegible]r per totam Ditionem Saxonicam omne venenum malitiae et"
[illegible]niquitatis, ita n. est, quod lugeant hodie omnes cordicisti
[illegible]uod querantur omnes boni de hominum malitia, de lasci"
[illegible]ia, de nequitia, de luxuria. Nullus intra Euphratem et
[illegible]angem hodie est locus quem non per haec tempora nostro,
[illegible]um hominum libido iniquitasve pervaserit, Vindice idcirco
[illegible]pus est, ne impune grassetur Nequitia et quilibet pro
[illegible]do lubitu et caeco furore eo impellatur, quo non ferun"
[illegible]ur bestiae: Sed et Tibi Serenissime Princeps in foro
[illegible]onsecratam volo Rutam eamq. semper virentem, ut pro"
[illegible]ullulent semper fructus Pacis et Concordiae Pax, pax optima
[illegible]erum, quippe qua florente non studia tantum literarũ
[illegible]florent, sed et Regina omnium Artium virtutum Justi"
[illegible] colitur, unde non inepte Poeta habet cum canit:

Pax hominum Genetrix, pax est custodia rerum
Pax aperit laris [illegible] forum
Gloria Pace minor, minor est victoria pace
Atq. aliquid pejus pace Triumphus habet.

[illegible]ito ingnam Sacra Tibi Clementissime Princeps ac Domine
[illegible]uta ut ubiq. propullulent fructus Concordiae, indeq. nullae
[illegible]spiam sint inter Cives discordiae, nullae lites, nullae seditiones,
[illegible]ullae factiones, nullae turbae Paci et Concordiae obstantes
[illegible]valeat ubiq. haec legum Conservatrix vitiorum expultrix sine
[illegible]ua nihil in hac vita securum, nihil quietum, nihil tran"
[illegible]uillum, quippe quae intus est humilis, ut nesciat inflari
[illegible]oris placida ut nesciat exasperari. Hoc autem Votum
[illegible]um libens merito Soboli Tibi lexiq. magnae Germaniae
[illegible]ostrae Atlas humillime offero rutam semper virentem in
[illegible]oro, ut inclarescat alter tuus oculus Octoviratus nempe
[illegible]axonici haeres Celsissimus Joh. Georg. III. Amor et
[illegible]elicium Patriae, qui vix e cunabulis egressus, vix ab
[illegible]uberib. nutricum abstractus, vix a complexu matris Se"
[illegible]renissimae revulsus, quaecunq. fluebant in aures, objicie"
[illegible]antur oculis, veniebant in manus virili imitatione
[illegible]onabatur exprimere, quemadmodum sc. cum diffusa luce
[illegible]ol radiat hortis singulis rosa nascens aperitur et pul"
[illegible]chrior atq. pulchrior nascitur, ita Serenissimus ac Illustris"
[illegible]mus Princeps. Joh. Georg. III. secundis fortunae ac natu"
[illegible]rae ventis afflatus statim expandere ingenij vela incipiebat
[illegible]ceanum Virtutis vel semel ingressus non cessabat emetiri
[illegible]llum, donec propius ad sempiternae famae cum Deo et Die
[illegible]ortum accederet. Atq. sic omnino fiet, ut Virtutes
[illegible]posq. nulla unquam deleat oblivio, nulla obticeret ve"
[illegible]ustas, nulla expungat temporum injuria: Fama potius
[illegible]anti Principis per omnium hominum ora volitabit,
[illegible]onorumq. titulos per omnia mundi climata sparget.
[illegible]uid de te Recens nate Principe Joh. Georg. IV. in hoc
[illegible]rationis meae cursu, quod ad finem jam declinat, dicã?
[illegible]n silentio praetereundum hoc, quod Opt. Max. Deus